

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De locis ac mirabilibus mundi, mit Register

[Nürnberg], 1486

Ca LI

[urn:nbn:de:bsz:31-129620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129620)

que hebrei vocat. q̄ patriarche & p̄phete vsi sunt: nō solum in sermonibus suis: verū etiā in litteris sacris. Initio aut̄ quot gentes tot lingue fuerūt. Deinde plures gentes q̄ lingue: quia ex vna lingua multe gentes sunt exorte. Lingue aut̄ dicte in hoc loco p̄ verbis q̄ p̄ linguā sūt genere locutionis illo quo is qui efficit p̄ id quod efficit nōiatur: sicut os dici solet p̄ verbis sicut manus p̄ literis. Tres aut̄ sunt lingue sacre hebrei greca latina: que toto orbe maxie excellūt. His em̄ tribus linguis sup̄ crucē dñi a pila to fuit causa eius scripta. vnde & p̄pter obscuritatē sanctarū scripturarū harū triū linguarū cognitio necessaria est: vt ad alterā recurrat̄ dum si quam dubitationē nom̄is vel interpretationis sermo vni⁹ lingue attulerit. Greca aut̄ lingua inter ceteras gētiū clarior habet̄. Est em̄ latinis & omnibus linguis sonantior: cuius varietas in quinque partibus discernitur. Quarū prima dicit̄ cenedo. i. mixta: siue cōis q̄ omnes vtunt̄. Secūda attica vic̄ atheniēsis. qua vsi sūt om̄s grece auctores. Tercia dorica quā habēt egyptii & syri. Quarta ionica. Quinta colica q̄ se coliti locutos dixerūt & sunt in obseruatōe grece lingue eiusmodi certa discrimina. Sermo em̄ corū ita ē distinctus. Latinas aut̄ linguas quatuor esse quidā dixerūt. id est prisca. latinā. romanā mixtam. Prisca est q̄ vetustissimi ytalie sub iuno & saturno sunt vsi incōdita vt se habeant carmina saliorū. Latina quā sub latinō & regibus tusci & ceteri in latino sunt locuti: ex qua fuerūt duodecim tabule scripte. Romana q̄ post reges exactos a p̄p̄o romano gesta est quā neuius: platus: ennius: virgilius poete ex oratoribus grace⁹ & cicero vel ceteri effuderūt. Mixtaq; post imperiū latius p̄motū simul cū moribus & hoib⁹ in romanā ciuitatē irrupit. integritatē verbi p̄ soleo cismos & barbarissimos corrupēs. Om̄s aut̄ orientis gētes in gutture linguam & verba collidūt: sicut hebrei & syri. Om̄s mediterrance gētes i palato sermone feriūt: sicut greci & aliani. Om̄s occidentis gētes verba in dentibus frangūt: sicut ytalii & hispani. Syrus & chaldeus vicinus hebreo est in sermōe cōsonans in plerisq; & l̄farū sono. Quidā aut̄ arbitrant̄ linguā ipam esse chaldeā. quia abraā de chaldeis fuit. Quod si hoc recipit̄ quō in danielē hebrei pueri linguā quā nō nouerant doceri iubent̄: Omnē aut̄ linguā vnusq; hoim siue grecam siue latinam siue ceterarū gentiū aut̄ audiēdo pōt tenere: aut legēdo: aut ex p̄ceptore accipe. Cū aut̄ oim linguarū sciētia difficilis cuiq;: nemo tñ tā desidiōsus est vt i sua gēte positus siue gentis linguam nesciat. Nam qd aliud putandus est nisi aialiū brutorum deterior. Illa em̄ p̄prie vocis clamorē expr̄munt: ille deterior q̄ proprie lingue caret notitia. Cuiusmodi aut̄ lingua locutus est deus in principio mūdi cū diceret. Fiat lux: difficile est iuenire: nōdum em̄ erāt lingue. Itē qua lingua insonuit postea exteriorib⁹ hominum auribus maxime ad primū hoim loquēs vel ad p̄phetas vel dum corporaliter insonuit vox dicentis

dei. Tu es filius meus dilect⁹: vbi a quibusdā credit̄ illa lingua vna & sola q̄ fuit anteq̄ esset linguarū diuersitas. In diuersis aut̄ gentibus credit̄ quod eadez illis lingua loquat̄: qua ipsi homines vtunt̄ vt ab eis intelligat̄. Loquit̄ aut̄ deus hoibus nō p̄ substantiam inuisibilem sed p̄ creaturā corporale p̄ quā etiā & hoibus apparere voluit qñ locutus est. Dicit autē apls. Si linguis hoim loquar & angelorū: vbi queritur. Qua lingua angeli loquant̄ nō qd angelorū alique sint lingue sed hoc p̄ exaggerationē dicit̄. Itē queritur qua lingua in futurū hoies loquant̄: nusq; reperitur. Nā dicit apls. Siue lingue cessabunt. Ideo aut̄ prius de linguis ac deinde de gentibus posuimus: quia ex linguis gentes: nō ex gētib⁹ lingue exorte sunt.

De gentium vocabulis. CA. LI

Gens est multitudo ab vno principio orta: siue ab alia natione scdm̄ p̄p̄iam collectiōnem distincta vt grece alie. Hinc & gētilitas dicit̄ Gens appellata p̄pter generationē familiarum. i. a gignēdo sicut natio a nascēdo. Gentes autē a quibus diuisa est terra. xv. sunt de laphet. xxx. & vna de cham. xxvii. de sem. q̄ sūt. lxxiii. vel potius vt ratio declarat. lxxii. totidemq; lingue que p̄ terras esse ceperūt queq; crescēdo p̄uincias & insulas impleyerūt. Filii sem quinque singulariter gentes singulas p̄creauerūt. Quorum primus elam: a quo elamite principes perfidis. Secūdus assur a quo assyriorū pullulauit impium. Tercius Arfaxat a quo chaldeorū gens exorta est. Quartus ludi a quo lidii Quintus aram a quo syri quorum metropolis fuit damascus. Filii aram nepotes sem quattuor bus. & vl. gether & mesa. Hus traconitidis cōditōr q̄ inter palistinam & cesaream tenuit principatū: vnde fuit Iob scdm̄ quod scriptum est. Vir erat in terra bus nomine Iob. Secūdus vl: a quo armenii. Tercius gether a quo carmanii siue carii. Quart⁹ mesa a quo sunt hi qui vocant̄ meones. Posteritas arfaxat filii sem. Heber nepos arfaxat a quo hebrei sūt. Iectan filius heber: a quo indorum gens orta est. Sale filius Iectan a quo bactriani: licet eos alii scitarū exules suspicentur. Ysmael filius abraā a quo ysmelite: q̄ nūc corrupto nomine sarraceni quasi a sara & agarenii ab agar. Nabaioth filii ismael a quo nabatheii qui ab efrata in mari rubro inhabitant. Moab & ammon filii Loth: a quibus moabite & ammonite Edom filius esau: a quo ydumei. He sunt gētes que de Sem stirpe descēdunt: possidētes terram meridiam. Ab ortu solis vsq; ad fenices. Filii Cham quatuor a quibus ortē sunt he gentes. Chus a quo progeniti sunt ethyopes. Melraym a quo egyptii perhibētur exorti. Futh a quo libii. Vnde et mauritanie fluius vsq; in presens dicit̄ futh: omnisq; circa eum regio futensis. Chanaan a quo affri & fenices & chanaanici decem gentes. Item ex nepotibus cam. Filii chus saba: euilach: sabata: rema: saba & cusa. Saba a quo progeniti & appellata sabei. De quo Vigilii:

Solis est turea virga fabeis. Euilath a quo gethuli in parte remotioris affrice heremo coherentes. Sabata a quo sabatei: qui nunc astabari noiant. Rema vero & faba & cusa paulatim antiqua vocabula perdiderunt: & quae nunc a veteribus habentur ignorat. Filii rema faba & dadan. Hic autem faba per sinistram scribitur in hebreo: ille autem superior faba per samet: a quo appellatur fabei. vocatur autem nunc faba arabia. Dadan a quo gens est ethyopie in occidentali plaga. Filii mesraim labina a quo libii qui quondam futei vocabantur. Cesloym a quo philistim quos veteres allophalos nos modo corrupte palestinos vocamus: de allophalis ceterae sex gentes ignote sunt: quae bello ethiopico subuerse usque ad oblivionem praeteritorum nominum pervenerunt. Filii chanaan undecim. ex quo chanaanorum decem gentes quorum terram his expulsis iudei possederunt. Quorum primogenitus sydon a quo sydones unde & urbs eorum in fenice sydon vocatur. Secundus ethi: a quo ethi. Tercius gebus a quo gebusei. quorum fuit hierusalim. Quartus amorreus: a quo amorrei. Quintus gergeseus a quo gergesei. Sextus eueus: a quo euei. Ipsi sunt gabaonite a civitate gabaon qui supplices venerunt ad iesum. Septimus aracheus qui archas condidit contra oppidum tripolim in radicibus libani situ. Octavus aseneus a quo asenei. Novus aradius a quo aradii: qui aradum insulam possederunt angusto fretu a fenicis littore separatam. Decimus amareus a quo syrie nobilis civitas quae vocatur celis. Undecimus amatheus. Haec sunt gentes de stirpe Cham quae a sydone usque ad gaditanum fretum omnem meridianam partem tenent. Item tribus filiorum iaphet. Filii autem iaphet septem nominantur. Gomer ex quo gallatbe. i. galli. Magog a quo arbitrantur scythas & gothos traxisse originem. Madai a quo medos exiliter putant. Iuuan a quo ionones qui & greci unde & mare ionium. Tubal a quo hiberi: qui & hispani. licet quaedam ex eo & ytalos suspicentur. Mosoch ex quo capadoces sunt. unde & urbs apud eos usque bodie maleca dicitur. Tyras a quo thiraces: quorum nomen immutatum vocabulum est quasi thiraces. Filii gomer nepotes iaphet astanas: a quo sarmate: quos greci reginos vocant. Risan a quo passagones. Gortorna a quo sunt frigis. Filii iuuan elisa a quibus greci belisei qui vocantur colides. Unde & lingua quinta grece colis appellatur. Tharsis a quo cilices ut iosephus arbitratur. Unde & metropolis civitas eorum tharsis dicitur. Cethim a quo cithi. i. ciprii a quibus bodieque urbs scythia nominatur. Dadaniam a quo rodii. Haec sunt gentes de stirpe iaphet: quae a thaurum monte usque ad aquilonem: mediam partem asiae & omnem europam: usque ad oceanum britannicum possident nomina & locis & gentibus relinquentes: de quibus postea immutata sunt plurima: cetera permanere ut fuerunt. Nam multarum gentium vocabula partim manserunt ita ut bodieque appareat unde fuerat derivata: sicut ex assur assyrii: ex heber hebrei. Partim vero temporis vetustate ita mutata sunt ut vix homi-

nes doctissimi antiquissimas historias perscrutantes nec omnium sed aliquarum ex istis origines gentium poterint reperire. Nam quod ex filio cham quae vocatur mesraim egyptii sunt exorti: nulla hoc resonat origo vocabuli: sicut nec ethyopum qui dicuntur ad eum filium cham pertinere qui chus appellatur. Et si omnia considerentur: plurima tamen gentium mutata quae manentia vocabula apparent quibus postea nomina diversa: ipsis diversa dedit ratio. Nam quae in diabindo flumine dicti sunt. qui ab occidentali parte eos includit. Seres a proprio oppido nomen sortiti sunt: gens ad orientem sita: apud quos lana de arboribus contextitur. De quibus est illud ignotificae: sed noti vellere seres. Gangaride populi sunt inter assyrios indosque inhabitantes circa gangem fluvium. Unde etiam gangaride nuncupati sunt. Hircani nuncupati sunt a silva hircana: ubi sunt plurimi tigres. a flumine tigris nuncupati. Bactriani scite fuerunt qui suorum factione a sedibus suis pulsati iuxta bactron orientis fluvium confederunt. ex cuius vocabulo & nomen sortiti sunt. Huius rex fuit zoroastes inuentor magice artis. Parthi quoque et ipsi a scythis originem trahunt. Fuerunt enim eorum exules quae etiam vocabulo eorum manifestatur. Nam scitico sermone exules parthi dicuntur. Hi similiter ut bactriani domesticis seditionibus scythia pulsi solitudine iuxta hircaniam primum furtim occupaverunt. Deinde plerumque finium etiam virtute obtinuerunt. Assyrii ab assur filio Sem vocati gens potentissima: quae ab eufrate usque ad indorum fines omnem in medio tenuit regionem. Media rege suo cognominati putantur. Nam quae iason peliaci regis frater: apellie filius thessalia pulsus est: cum medea uxore sua: cuius fuit priuignus Medus rex atheniensium. qui post mortem iasonis orientis plagam perdomuit ibique medeam urbem condidit gentemque medorum nomine suo appellavit. Sed inuenimus in Gene. quod maday auctor gentis medorum fuit. a quo & cognominati ut superior dictum est. Perse a perse rege sunt vocati: quae e greca asiana transiens ibi barbaras gentes graui diuturnoque bello perdomuit. Nouissime victor nomen subiecte genti dedit. Perse autem ante cyrum ignobiles fuerunt: & nulli inter gentes loci habebantur: Mediaeque potentissimi fuerunt. Caldei quae nunc chaldei vocantur: a chaseth filio nachor fratris abraha cognominati sunt. Sabaei dicti quae est supplicari & venerari: quia diuinitatem per ipso thura veneramur. Ipsi sunt & arabes quae in montibus arabiae sunt: quae vocantur libanum & anthilibanum: ubi thura colligunt. Syri a surin vocati prohibentur quae fuit nepos abraha ex cethura. Quos autem veteres assyrios: nunc nos vocamus syros a parte totum appellantes. Hebrei vocati sunt ab heber: quae nepos fuit Sem. Israhelite vero ab israhel filio ysaac: Nam patriarcham hebreorum constat fuisse israhel. a quo. xii. tribuum iudeorum israhelis vocabulum sortiti sunt. Iudeis autem scissura decem tribuum nomina imposuit. Nam antea hebrei siue israhelite nuncupabantur. Ex quo autem in

B vi

duo regna pplis dei diuisus est tūc due tribus que de stirpe iuda reges habebāt iudeos nomē sortiti sunt. Reliqua ps. x. tribuū q̄ in samaria sibi regē cōstituit ob ppli magnitudinē pristinū nomē retinuit israel. Samaritanoꝝ gēs sumpsit exordiū ab assyriis qui transmigrati habitauerūt in samaria: q̄ latine interpretant̄ custodes: eo q̄ captiuato israel isti in terrā regionis eorū ad custodiaꝝ collocati sunt. Fenix cathmi frater de thebis egyptioꝝ in syriam p̄fectus apud sydonē regnauit: eorūq̄ pplōs ex suo noīe fenices eamq̄ puincia feniciā nūcupauit. Sydones autē a ciuitate que vocat̄ sydon traxisse vocabulū p̄hibent̄. Sarraceni dicti. vel quia ex sara genitos se p̄dicent: vel sicut gētilis aiūt q̄ ex origine syroꝝ sint. quasi syrigene. Hi p̄ amplā habitāt solitudinē: Ipsi sunt et ysm. abelite vt liber gēse eos docet: q̄ sint ex ex ysmabel. Ipsi cedar a filio ysmaelis. Ipsi agareni ab agar: qui vt diximus p̄erso noīe sarraceni vocatur: quia ex sara se genitos gloriant̄. Philistei ipi sūt palestini: quia p̄sam sermo hebreus nō habet: sed p̄ eo p̄b greco vtunt̄. Inde philistei p̄ palestiniis dicunt̄ a ciuitate vtiq̄ sua. Idē & allophili. i. aliē gene ob hoc quia sp̄ fuerūt inimici israel: & longe ab eorū genere et societate sepati. Chananei appellati de chanaan filio cham quorū terciā iudei possederunt. Ex cuius origine fuit emor pater sic̄be a quo amorci sunt nūcupati. Egyptii ab egypto quodā suo rege vocati sunt. nā antea acrii dicebant̄. Interpretant̄ autē linguā hebraica egyptii a filigines: eo q̄ afflixerint dei pplm̄ priusq̄ diuino auxilio liberaret̄. Armeni ex thessaliavnu de numero ducū iasonis qui ad colchos p̄fecti sunt: recollecta multitudie q̄ amisso rege iasone passim vagabat̄ armeniā cōdidit: gētiq̄ ex suo vocabulo nomē dedit. Limes est p̄licus qui scitas ab eis diuidit. Schytia cognōiati: a quoli mite scite a q̄busdā p̄hibent̄ vocati gēs antiq̄ssima sp̄ habita. Hi parthos bactrianosq̄. Femie autē eorū amasonū regna cōdiderūt. Massagete ex scitay origine sunt. Et dicti massagete q̄si graues. i. fortes gētib. Nā sicliui? argentū graue dat. i. massas. Hi sunt q̄ inter scitas atq̄ albanos septētrionalib? iugis inhabitāt. Amasones dicti sunt seu q̄ sil? viuerēt sine viris q̄si amayson: vt q̄ adustis dexteriorib? māmif eēt: ne sagittay iactus impediret̄. Nudabāt enim quā adusserāt māmā. Has ticius vnimāmas dicit. Nā hoc est amason. q̄ anesmaoin. i. sine māmā. has iā nō eēt q̄ eay gētes p̄im ab hercule: p̄im ab achille vel ab alexandro vsq̄ ad internitionem delete sunt. In pres asiaticę: Sciticę gentes que posteras se iasonis credūt albo crine nascūt̄ ab assiduis niuib? & ipius capilli color gēti nomē dedit: & inde dicuntur albanī. Horū glauca oculis. i. picta inest pupilla adeo vt nocte plusq̄ die cernāt. Albanī autē vicini amasonibus fuerūt. Vngnos antea humos vocam? Postremo a rege suo abares appellatos. q̄ prius i vltima meotide inter glaciale tanaym & massagetarū imanes pplōs bitauerūt: deinde p̄nicibus equis

caucasii rupibus feras gētes alexandri claustra cohibente ruperūt & oriētē. xx. annis tenuerūt captiuū & ab egyptiis atq̄ ethyopib? annuū vectigal exegerūt. Troyanorū gens antea dardana a dardano rege noiata. Nā dardanus & iasius frēs e greciā p̄fecti. ex his iasius ad thraciā dardan? aprigiā p̄ueit ibiq̄ primus regnauit post quē filius ei? erectoni? deinde nepos eius tros a quo troyanī nūcupati sūt. Galatbe galli eēt noscūt̄ q̄ in auxiliū a rege bitbini euocati regnū cum eo pacta victoriā diuiserūt sicq̄ deinde grecis admixtim primum gallogreci nūcupati. Nā greci ante thessali a thessalo. postea a greco rege greci sūt nūcupati. Nā greci p̄prie thessali sūt. Laphitas autē gēte thessalie fuisse aiūt circa penion amnē olim inhabitātē a laphita appollinis filia nūcupatas. Sicioniū greci sūt nūcupati a sicionio rege. Hi primū agialei vocabant̄ a rege agialo q̄ prim? sicioniis i?perauit: a quo & agealea ciuitas nūcupata est: q̄ nūcupeloponēsis a pelope rege suo vocat̄. Ipi sūt & archades ab archade rege iouis caliste filio dicti. Darnay a danao rege vocati. Idē & argiui ab argo cōditore cognōiati. Postq̄ autē rex grecoꝝ apis mortu? est: huic filius argus successit in regnū & ex eo argiui vocati sūt: qui etiā ab eis post obitū vt deus haberi cepit tēplo & sacrificio honoratus. Acbei qui & achini ab acbeo iouis filio dicti. Pelasgi nominati. quia cū velis panis verno tempore aduenisse ytaliam visi sūt vt aues. Primo em̄ eos Varro ytaliam appulisse cōmemorat. Greci vero pelasgos a Ioue & larissē filio p̄hibent dictos: Mirmidones fuerūt achillis socii delopes pirri. Dicti autē mirmidones p̄pter astutiā quasi mirmice. id est formice. Eratostenes autē dicit dictos mirmidones a mirmidone duce iouis & euri meduse filio. Cecropi atbeniensium regi successit Agranus: cuius filia atbis nomē & regioni & genti dedit. Et ex ea attici cognominati q̄ sūt atbeniensēs. Ion vir fortis ex suo nomē eorūq̄ atbeniensēs vocauit ionēs. Macedones a nomine macionis regis antea emaci nūcupati sūt. postea macedones dicti a macedone rege deucalionis materno nepote. Epirote a pirro achillis filio prius pirride. postea vero a pirro rege ad ytaliam transire p̄sumpserunt. Dorus neptūni & ellepis filius fuit: vnde dori & originem & nomen ducunt. Sunt autē pars greticę gentis ex quibus etiā cognōiata est terciā lingua grecoꝝ que dorica appellatur. Lacedemones a lacedemōe semele filia dicti. Hi diu p̄uerates in bello cōtra messenios veriti: ne diuturnitate prelii plis spem perderēt: preceperūt vt virgines eorū cū iuuenibus domi relictis cōcuberēt: sicq̄ ex p̄miscuo virginū & maritorum concubitu iuuenes de incertis parētibus nati sūt. & ex nota materni pudoris sp̄ati vocati sūt. Nā ipos eēt spartanos quos & lacedemones. Spartanos vero propter repētinos aduētus aduersus cadmum quasi de terra cōtractos & ex omī parte cōfluctos ita voca-

ros. Traces ex filio Iaphet qui vocatus est tyras et ori
 ti & cognominati sunt: ut superius dictum est prohiben/
 tur licet gentiles eos ex moribus ita dictos existi/
 met quod sint truces. Seuissimi enim omnium gentium fuerunt:
 unde & multa de eis fabulosa memorantur quod captiuos
 diis suis laterent & humanum sanguinem in ossibus ca/
 pitum portare soliti sunt. De quibus Virgilius Heu fu/
 ge crudeles terras. fuge littus auarum quasi crudelium
 & auarorum. Ystratorum gens originem a locis ducit: quod
 missi ad argonautas persequendos ut a ponto intra/
 uerunt. Hylstrum fluvium a vocabulo amnis quo a mari
 recesserant appellati sunt. Romani a Romuli nomine
 nuncupati qui urbem Romam condidit gentis & ciuita/
 ti nomen dedit. Hi ante a Saturno Saturni: a Latino la/
 tini vocati sunt: Nam Latinus Italie rex fuit: qui ex
 suo nomine Latinos appellauit: quod postea Romani nu/
 cupati sunt. Hi & Quirites dicti: quia Quirinus dicitur
 est Romulus quod semper hasta utebatur: que Sabino lingua
 Quiris dicitur. Italus quoque & Sabinus & Sicanus
 fratres fuerunt: ex quibus nomina populis imposita et
 regionibus sunt. Nam ab Italio Italici: a Sabino Sabini a
 Sicano Sicani. quod & Siculi cognominati sunt: idem & Si/
 cilienses. Tusci Italie gens est a frequentia sacrorum &
 thuris vocata. Umbri Italie genus est: sed Gallorum
 veterum in pagano: qui Appenninum montem incolunt: de
 quibus hystorie prohibent eo quod tempore aquose
 cladis imbribus superuerint: & ob hoc Umbrios grece
 nominatos. Marsie gens Italie dicta a comite libe/
 ri Marsia qui usum illis vitium ostendit: & ob hoc isti
 statuam fecerunt: quam postea Romani victis Marsis tulerunt.
 Marfos autem Greci Tuscos vocant quasi multos ser/
 pentes habeant illos autem carni esse maleficiis. Inha/
 bitant autem plagam Appennini montis simul cum Umbriis.
 Gothi a Magog filio Iaphet nominati putantur de simi/
 litudine ultime syllabe quos veteres magis Getas
 quam Gothos vocauerunt: gens fortis & potentissima cor/
 porum mole ardua: armorum genere terribilis. De quibus
 Lucanus: Hinc dacus premit inde Getas occurrat
 hiberis. Daci autem Gothorum soboles fuerunt: & dictos
 putant dacos. quod dagos: quia de Gothorum stirpe creati
 sunt. De quibus ille: Ibis arcus procul usque ad dagos.
 Bessi barbati fuerunt: qui a multitudinis bouum sic vo/
 cati creduntur. De quibus quidam. Qui colit terre me/
 dio vel ille diuitis multo boue pileatus accola ripe
 Sipedes pedestri prelio magis quam equestri sunt usi:
 & ex hac causa ita sunt vocati. Sarmate patentibus causa/
 pis armati ineqtabant priusquam eos lentulus Danubio
 prohiberet. atque inde ob studium armorum sarmate nuncu/
 pati existimatur. Lanus fluvius fertur ultra Danubium
 a quo Alani dicti sunt: sicut & populi habitantes iuxta
 Lemannum fluvium Alemanni vocantur. De quibus Lucanus:
 Deferuere caua tetoria fixa Lemano. Logobardos
 vulgo ferunt nominatos a plixa barba & nuquam tonsa.
 Baudelicus amnis ab extremis Gallie erumpens: iuxta
 quem fluvium habitasse & ex eo traxisse nomen ban/
 deli prohibent. Germanice gentes dicuntur quod sint imma/
 nia corpora imanesque nationes seuissimis durate fri

goribus qui mores ex ipso celi rigore traxerunt:
 feroces animi & semper indomiti raptu venatuque vi/
 uentes. Horum plurime gentes: varie armis: discoloribus
 habitu: linguis dissonis: & origine vocabulorum: incer/
 te: ut tolerantes sampsi: variquaedi tugi: marcomani:
 bruteri. camasi: blagiane tubates: quorum immanitas
 barbarie etiam in ipsis vocabulis horrorem quendam si/
 gnificat. Sueui pars Germanorum fuerunt in fine septem/
 trionis. De quibus Lucanus. Fundit ab extremo
 flauos aquilone fucuos. Quorum fuisse centum pagos &
 populos multi tradiderunt. Dicti autem Sueui putantur a
 monte Sueuo: qui ab ortu initium Germanie facit: cuius
 loca incoluerunt Burgundiones quondam: a Ro/
 manis subacta interiore Germania per castros limi/
 tes positi a Tyberio Cesare in magna coluerunt gentem
 atque ita nomen ex locis sumpserunt: quia crebra per li/
 mites habitacula constituta: burgos vulgo vocant.
 Hi postea rebelles effecti Romanis populi quod octoginta
 milia armatorum ripe reni fluminis insederunt et nomen
 gentis obtinuerunt. Saxonum gens in oceanis maris
 littoribus & paludibus in visis sita virtute atque agi/
 litate habilis. Unde & appellata quod sit durum &
 validissimum genus hominum & prestans ceteris pyrati/
 cis. Franci a quodam proprio duce vocari putantur:
 Alii eos a feritate morum nuncupatos existimant: sicut
 enim in illis inconditi naturalisque ferocitas animorum.
 Britones quidam Latine nominatos suspicant: eo quod
 bruti sint. gens inter oceanum: inter fuso mari quasi
 extra urbes posita. De quibus Virgilius. Toto diuisus
 orbe Britanos. Scoti propria lingua nomen habent
 a pieto corpore eo quod aculeis ferreis cum attra/
 mento variarum figurarum stigmate annotentur. Galli a
 candore corporis nuncupati sunt. Gala enim grece lac
 dicitur. Unde & Sibilla sic eos appellat: cum ait de his:
 Tunclactea colla auro inuectuntur. Secundum diuer/
 sitatem enim celi & facies hominum & colores & corpo/
 rum quantitates & animorum diuersitates existunt. Inde
 Romanos graues: Grecos leues: Afros versipelles: Gal/
 los natura feroces atque aciores ingenio quidemus
 quod natura climatibus facit. Galli autem Senones antiquitus
 Zenones dicebantur quod liberum hospitium recepissent:
 postea in Africam commutata est. Vacca oppidum fuit
 iuxta Pireneum a quo sunt cognominati vacci: de quibus
 creduntur dixisse poeta: Lateque vagantes vacci.
 Hi Pirenei iugis per amplam montis habitant solitu/
 dinem. Idem & Vascones quasi vacantes: in Africam demu/
 tata: quod genus Pompeius edomita Hispania: & ad
 triumphum venire festinas de Pirenei iugis deposuit
 & in unum oppidum congregauit. Unde & conuenarum
 urbis nomen accepit. Hispani ab bibere amne pri/
 mum hiberi: postea ab hispalis Hispani cognomina/
 ti sunt. Gallici a candore dicti finguntur. unde & Gal/
 li. Reliquis enim Hispanie populis candidiores exi/
 stunt. hi Grecam sibi originem asserunt. Unde & naturali
 ingenio callent. Si quidem post finem Troiani belli tenerum
 mortem Ayacis fratris in visum patri Telamoni dum non
 recipitur in regnum Cyprum concessisse ferunt: ibique vr

bem nomine antique patrie salaminam condidisse: inde ad galliciã pfectus expositis sedibus ex loco nomen genti dedisse. Astures gēs hispanie vocati: eo q̄ circa ysturam flumen septē montibus siluisq̄ crebris inhabitent. Cantabri gens hispanie avocabulo vrbis & hiberi amnis cui insidunt appellati. Hos animus pertinax & magis ad latrocinandū & ad bellandū & ad ppetiendū verberasp̄ parati. Celtiberi ex gallis celticis fuerūt quorū ex noīe appellata est regio celtiberia. Nam ex flumine hispanie hiberio vbi confederant: & ex gallis qui celtici dicebant̄: mixto vtroq̄ vocabulo celtiberi nuncupati sunt. Afri appellati ex vno ex posteris abrahe: qui vocabat̄ afer: q̄ dicit̄ duxisse aduersus libiam exercitū & ibi victis hostibus cōsederunt: eiusq̄ posteros ex noīe attauit & afros & affricā nuncupasse. Peni aut̄ cartaginenses sunt a fenicibus nūcupati: q̄ cū didone pfecti sunt. Tirii vero a tiria vrbe feniciū nuncupati de qua pfecti sunt: & in affricā littus venerūt. Getuli gethe dicunt̄ fuisse q̄ ingenti agmine a locis suis nauibus cōscēdētes loca sircium in libia occupauerūt: & quia ex gethis venerant: deſuato nomine gethuli cognōiati sūt. vñ & opinio est ap̄d gothos ab antiq̄ cognatiōe mauros consanguinitate sibi p̄p̄inos vocare. Affricā aut̄ initio habuerunt libiēs. deinde afri: post hec getuli: postremū mauri & numides. Mauri & numides vt afri putāt sic sū p̄ferat̄ exordium & vocabulum: Nam postquam in hispania hercules interiit & exercitus eius cōpositus ex variis gentibus amisso duce passim sibi sedes querebat̄: & ex eo numero medi & p̄se & armeni nauibus in affricā trāſſecti: p̄xima maris loca occupauerūt. sed p̄se dū materiā in agris p̄cōstruēdis domiciliis nō inuenirēt & ignara lingua cōmerciū p̄hiberet. p̄ patentes agros & diuersas solitudines vagabant̄ & a pabulationibus vagabūdis semetip̄os p̄pria lingua numides appellauerūt. i. sine oppido vagos & errantes. Medi aut̄ cū libiis se miscuerūt: qui p̄xima hispania inhabitabāt: quorū nomē paulatim libiēs corrupe barbara lingua mauros p̄pter medos appellātes: licet mauri ob colorē a grecis nominent̄: Greci em̄ nigrū mauron vocāt. Eltiferi quippe calore afflati acri coloris speciē ducūt. Massilia ciuitas affricē est nō longe ab atblāte & ortis hesperidū a qua ciuitate massiliū exorti sūt: quos nos corrupte massulos vocamus. De quibus Virgilius. Hic inde massilie gentis monstrata sacerdos. Gaulali gentes sunt a meridie vsq̄ oceanū hesperium puagantes: His nomē gauloen insula dedit: q̄ est iuxta etbiopiā: vbi neclerpens nascit̄ nec viuūt Garamātes ppli affricē p̄pe eyrenas inhabitantes: a garamante rege. Appollinis filio noiati: q̄ ibi ex suo noīe garama oppidū cōdidit. Sune aut̄ p̄ximi gentes etbyopū: De quibus Virgili⁹: Extremi garamantes. Extremi aut̄: quia seui & a cōsortio būanitatis remoti. Hesperii vero sunt qui circa hispaniam cōmorāt̄: nā hispania hesperia dicit̄. Etbiopes

dicti a filio cham qui vocatus est chus a quo originē trahunt. Chus em̄ bebraice etbiops interpretat̄. Hi quondā a nilo flumine cōsurgētes. iuxta egyptum inter nilum & oceanū in meridie sub ipsa solis vicinitate insederunt: quorū tres sunt populi hesperii garamantes & indi. Hesperii sunt occidentis: garamantes tripolis: indi oriētis. Trogodite gēs etbyopum ideo nuncupati quod tanta celeritate pollēt vt feras cursu pedū assequant̄. Pamphili & in etbyopia sunt quibus esca ē q̄quid mandi pōt & oīa fortuitu gignētia: vñ & appellati. Ichthiophagi quod venādo in marivaleāt & piscibus tm̄ alant̄. Hi post indos montanas regiones tenēt quos subactas alexāder magnus vesci pisces p̄hibuit. Antropophagi gens asperrima sub regione syricū sita: q̄ quia humanis carnibus vescunt̄: ideo antropophagi nominant̄. Itaq̄ sicut his ita et ceteris gētib⁹ p̄ secula. aut a regibus: aut a locis aut a moribus: vt ex quibuslibet aliis causis immutata vocabula sunt: ita vt prima origo nomis eorū: temporū: vetustate nō pateat. Iam vero hi qui antipode dicunt̄ eo q̄ contrarii esse vestigiis nostris putant̄: vt quasi sub terris positi aduersa pedibus nostris calcant vestigia nulla ratione credendū est: quia nec soliditas patit̄: nec centrū terre: sed neq̄ hoc vlla hystorie cognitione firmat̄: S; hoc poete q̄si rōcinādo cōiectant. Titanas autē quosdam in grecia ferūt fuisse robustos & excellentes viribus populos quos ferunt fabule ab irata cōtra deos terra ad ei⁹ vltionē creatos: Vñ & titanes dicti sunt. id est: ab vltione: quod quasi vltiscende matris terre causa in deos armatos existerēt: quos fabule a ioue bello fuisse supatos atq̄ extinctos fingunt: p̄pter quod e celo iactis fulminib⁹ interierūt.

De mudo & eius nomine. CA. LII

Mundus est vniuersitas omnis: q̄ constat ex celo & terra et mari cūctisq̄ sideribus: qui idcirco mūdus est appellatus: quia semp̄ motu est: nulla em̄ requies eius elemētis cōcessa est. De quo paulus ap̄ls ait: Preterit em̄ figura hui⁹ mūdi. Scdm̄ aut̄ mysticū sensum mūdus copetenter hō figurat̄: q̄a sicut ille ex q̄ttuor cōcreatus elemētis: ita & iste ex q̄ttuor cōstat humoribus vno t̄pamēto cōmixto: vñ & veteres hoīes in cōmuniōe fabricē mūdi cōstituerūt: siquidē grece mūdus cosmos: hō aut̄ cosmos micrū. i. minor mūdus appellat̄. s. et p̄ mūdo nōnūq̄ scriptura p̄ctōres insinuat: de qb⁹ dictū est: & mūdus eū nō cognouit. Formatio mūdi ita demōstrat̄. Nā quēadmodū erigit̄ mūdus i septētrionalē plagē ita declinat̄ in australes. Caput aut̄ eius & facies orientalis regio. Vltima pars occidentalis est. Nam ptes eius quattuor sunt. Prima p̄s mūdi oriētalis. Scda meridiana. Tercia occidentalis. Vltima vero atq̄ extrema septētrionalis. Virgilius. Qua circū extrema dextra leuaq̄ trahunt̄. Cerule & glacie cōcrete atq̄ imbribus astris. Et Lucanus. Sic mūdi pars yma iacet quā zona niualis: per petueq̄ premunt byemis.